



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Præfatio:

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)



CHYSOSTOMVS SIVE IDEA.

LIBER DECIMVS SEXTVS.

P R A E F A T I O .

Satis multa, ut arbitror de vtraque eloquentia diximus, & ipse qui opere pasci videbatur. animus, post variorum sermonum curricula portum querit, in quo suauis, & gloriolus conquiescat: Nullus autem commodius visus est, quam si tuis auspicijs inchoatum, hoc quicquid est operis, (ò merito inter Sanctos eloquentissime, & inter eloquentes sanctissime Ioannes Chrysostome) per tuas laudes absolverem. Quamquam quid dixi? nemo est qui tuarum laudum partem complecti possit, tam angustijs humanae mentis, & eloquentiae limitibus, nisi tu fluminis illius aurei riuulos, qui ex tuo beato pectoro tam feliciter emanarent, praesens, & propitius effuderis. Itaque te ostendam tibi in hac arce coelectis eloquentiae constitutum, non mecum quidem lineamentis, sed tuis coloribus, quos in hanc usque posterratum transfusos ex ceterorum mirabitur eternitas. Habent hoc ab arte nonnunquam luci parietes, vt inducti teatrorio, varijsque picturis collustrati fulgeant, & quod à natura denegatum est nitoris, & gratiae, hoc artis opera consequantur. At vero nobiles marmorei crustae, quas suis ipsa coloribus, & ornamentis naturali rerum parens decorauit, proprijs enitescunt opibus, nec ingenitam pulchritudinem falso quodam gloriae simulachro mentiuuntur. Ita profecto magna illius tuae mentis virtus: in tam illustri loco, in tam nobili præclarissimo-

rum ingeniorum monumento condita est, atque collocata, vt ipsa se suis diuitijs ostenteret, & oratorum potius obruat industram, quam ab oratione mutuatur aliquid noua commendationis.

Tu igitur cœlo recepta Mens hunc positem laborem, qui ad te ultro decurrit, quia tuus est, in tuam tutelam allere, & viuere operi felicem quam potes coronidem impone.

Character granis concionatoris.

C A P V T I.

ANequam ad virtutes Chrysostomi déueniam, quem instar omnium esse ostendam, visum est aliquotus has sive formas sacrorum oratorum, qui in vario genere floruerunt, commemoratis etiam que virtutibus aduerari solent vitij exponere, quoniam sit rei totius intelligentia. Grauis igitur plerumque talis est. Mente habet excellentiam, & magnarum rerum cogitationibus aggeratam, nihil in eo humile, tractum, demissum, longe est: ab aulicarum assentacionum ingenio, calliditatem, & versatilis in pectoris lubricos flexus auersatur, raro petit, rarius prehenit, rarissime blanditur, numquam adulaatur. In coniectu non est demissus comis, aut vultu sepius renidet, sed plenus maiestatis, sermones infert de rebus magnis, vel si de parvis, & ex-